

litigiosa possessorem non fieri executionem per iudicem laicum, n. 122.  
 C. Eccl. clem. 1. lite pendente interpretatur, n. 123. & seqq.  
 Summus Pontifex est dominus temporalis urbis Romane, quia est de patrimonio Ecclesie, n. 124.  
 Possessio vigore l. fi. C. de edicto divi Adria. clerico data per iudicem laicum, comparente legitimo tertio oppositore, revocanda est per eundem laicum, cuius jurisdictionem clericus non declinat, n. 125.  
 Clausula (salvo jure &c. in missione ex l. fi. de edicto divi Adria. tacite subintelligitur, si non apponatur, n. 126.  
 Res per clericum adepta vigore executionis intenta excessiva, inordinata, aut aliter nulla postmodum rescissa, ab eo advocari potest per iudicem laicum, n. 127.  
 Possessione non privata executor nulliter procedendo, nec ab accipiente acquiritur, n. 128.  
 Cler. possessione carens rei executionem non impedit, n. 129.  
 Iudex Ecclesiasticus non potest inhibere executori laico exequenti clericum in temporalibus in casibus quibus sententia a seculari lata virtualiter & ex natura causa aliter ut praedictat clerico, n. 130.  
 Inhibere iudex Eccl. poterit executori laico, exequenti clericum sententiam per laicum latam clerico tertio nullatenus praedictantem, n. 131.  
 Inhiberi secularis iudex tunc potest, quando contra clericum nequit procedere, n. 132.  
 Ab inhibitione appellatio quando tollat impedimentum Iudici laico inhibito, ut libere possit procedere, n. 133. remissive.  
 Inhiberi executor laicus quando contra clericum potest sententiam exequi, quia illi praedictat an possit ante capiam executionem, n. 134.  
 Inhibitionem si expediat Ecclesiasticus iudex in laicum, antequam incipiat cognoscere de questione facti incidenter rei spiritualis, an ulterius possit valide se contromittere secularis, n. 135.  
 Reponit sententia ob excessum executionis, ac fructus comprehendit etiam si non exprimat, n. 136.  
 Sententia ad non expressa porrigitur, cum sit stricti juris, n. 137.  
 Fructus suos facit qui autoritate & sententia iudicis possidet tanquam bone fidei possessor, n. 138.  
 Fructus suos an faciat iudicis autoritate possidens etiam sine titulo vel eo valido, n. 139.  
 Executione aut sententia annullata sive rescissa, cuius contemplatione qui possidet, rem cum fructibus restituit, n. 140.  
 Tituli resolvable virtute possidens facta resolutione, res cum fructibus interim perceptis restituitur, n. 141.  
 Causa quando reduci ut ad non causam & titulum ad non titulum cum fructibus restituitur a possessore, n. 142.  
 Titulus habens ortum a causa irrita, vel ad non titulum redactus non operatur fructuum acquisitionem, n. 143.  
 Possessionis apprehensio etiam iudicis autoritate ad non possessionem redacta, res cum fructibus restituitur, n. 144.  
 Fructus cum re restituitur, irrita aut annullata sententia, cuius contemplatione quis possidebat, n. 145.  
 Fructus restituit cum rei, cui virtute decreti annullati possessio adjudicata est propter debitum, & licet pro parte veri debiti, n. 146.  
 Bona vendita virtute pretii revocati postea per appellationem, restituitur cum fructibus perceptis a creditore, n. 147.  
 Fructus restituantur ei cui bona vendita ob debitum ex iustitia reddi iubentur, n. 148.  
 Fructus percepti vigore sententia & executionis, tam per viam appellationis, quam revisionis revocata restituitur, n. 149.  
 Fructus etiam percipiendi vigore executionis rescissa sunt restituendi, n. 150.  
 Fructus perceptos, & quos percipere potuit, praestat attentans etiam a m. si in sententia non exprimat, dummodo

si percepti a tertio, a condemnato attentante causam habente, n. 151.  
 Fructus a se perceptos praestat attentans condemnatus, licet evitet executionem pro iis quos percipere potuit, quando dat tertium qui illos percipit, n. 153.  
 Fructuum condemnatio verificatur in perceptis a tertio habente causam ab attentante condemnato, n. 154.  
 Dos data filia ultra taxam legis regia revocatur cum fructibus, n. 155.  
 Nec enim annullantes senatores ob non servatam formam juris per executionem, quemadmodum bona vendita faciunt restituere, & quando fructus cum interesturio debiti compensentur, n. 156.  
 Excessus est attentatum, n. 157.  
 Excessus ad instar attentati reponitur, n. 158.  
 Excessus commissionis causat attentatum, quo omnia attentatorum requisita concurrunt, n. 159.  
 Excessus execut. contemplatione possidens, pariformiter ut attentant ad fructus tenetur percipiendos, n. 160.  
 A fructibus non excusat bona fides, & autoritas iudicis illum, qui virtute sententia revocate possidet, n. 161.  
 Sententia revocata dicitur illicite praestisse, & retroacta pro attentatis corrumpit ipso jure, n. 162.  
 Fructus quilibet etiam bona fidei possessor lite pendente perceptos tenetur restituere, n. 163.  
 Retractata sententia tacite retractata intelligitur executio eius vigore facta, omniaque qua victor ejus occasione habuit, in pristinum restituitur, n. 164.  
 Revocata sententia tacite executio revocata intelligitur, ita ut bona capta relaxentur eodem imperio, quo fuerunt concessa, ac si facta non fuisset executio, n. 165.  
 Commissio executionis praecedente sententia nulla idem valet, veluti si nulli lata fuisset, n. 166.  
 Revocata sententia non praestat bonam fidem, quo ad fructuum acquisitionem, n. 167.  
 Ab executorialium executorum appellatio emissa, solet delegari cum clausula (parito iudicato), n. 168.  
 Clausula (parito) operatur ut appellans non queat audiri nisi integrali peracta executione, n. 169.  
 Clausula (parito) tribuit jurisdictionem conditionalem quatenus si paritum iudicatio non aliter, n. 170.  
 Clausula (parito) stante, ante omnia possessio dimittenda, & fructus seu expensa usque ad obolum restituendi, alias gesta erunt nulla ex defectu jurisdictionis, n. 171.  
 Quod procedit etiam si fiat fructuum obligatio, etiam liquidorum, cum sint cum effectu restituendi, ut tollatur jurisdictionis suspensio, n. 172.  
 Executor secundus ad rei restitutionem cum clausula (parito) an excedat procedendo partitionem illorum fructuum, qui tacite & virtualiter in sententia subintelliguntur, n. 173.  
 Clausula (parito iudicato) non operatur ultra iudicatum, n. 174.  
 Marefcoi opinio refertur asserentis clausulam (parito) non operari in partitione fructuum, quando restitui mandatur, n. 175.  
 Obligatus vigore instrumenti ad rem & interesse, si dumtaxat sit condemnatus ad rem, clausula (parito iudicato) non operatur respectu interesse non expressi, n. 167.  
 Fructuum partitione tacite subintellectorum in sententia operari clausulam (parito) verius ostenditur, n. 177.  
 Fructuum condemnatio per juris subauditionem facta intelligitur, ubi res mandatur restitui, & verbo (restituere) sententia causa est, n. 178.  
 Expressum dicitur in sententia, quod ex ea tacite subintelligitur, & necessario inferitur, n. 179.  
 Clausula (parito iudicato) operatur in eo, quod tacite subaudit, & inest in sententia, licet non exprimat, n. 180.  
 Pertinentia liquidanda in executione sententia generalis licet in ea non sint expresse, comprehenduntur sub clausula (parito iudica) n. 181.  
 Clausula (parito) operatur in omnibus, quibus sententia transit

transit in rem iudicatam, vel alias meretur executionem, n. 182.  
 Rescriptum Principis recipit interpretationem a jure, cum quo se conformare censetur, n. 183.  
 Sententia lata cum legitimo contradicatore, qui primas defensionis partes occupat, nocet habenti ius secundario, & in consequentiam, n. 184.  
 Clausula (parito) contra illum, cui virtualiter & secundario res iudicata nocet, etiam non citato, nec expresso in ea, n. 185.  
 Clausula (parito) operatur contra tertium rei litigiosa emptorem, a condemnato habentem causam sive immediate, sive mediate, n. 186.  
 Tertio opponenti exceptionem relevantem res iudicata non nocet, n. 187.  
 Clausula (parito) non operatur quando res iudicata non afficit rem aut personam, n. 188.  
 Exceptio relevans vel non, secundum naturam iudicis executi qua dicitur, remissive, n. 189.  
 Clausula (parito iudicato) nihil operatur in sententia nulla, quia non meretur executionem, n. 190.  
 Clausula (parito) non operatur in sententia notorie injusta patente ex actis, n. 191.  
 Excedit executor cum clausula (parito iudicato) si ante partitionem fructuum virtualiter comprehensorum in sententia qua utitur verbo (restituere) procedat in principali, n. 192.  
 Sententia non probat ultra id quod ex ea necessario inferitur, n. 193.  
 Marefcoi. explicatur, n. 194.  
 Excessus executorum ubi sit declaratum, an tota executio reponenda an pro parte excessus dumtaxat, n. 195.  
 Mandatum iudicis relaxatum ultra summam debitam, in totum est nullum, & revocatur, n. 196.  
 Mandatum relaxatum partim ex causa falsa, partim ex vera, in totum est nullum, etiam pro summa debita ratione individuitatis, n. 197.  
 Sententia ratione excessus in totum est nulla, cum sit individua, n. 198.  
 In solutum datum, & adjudicatum, si non fiat pro mensura debita, revocatur in totum, n. 199.  
 Fidei iussio pro maiori summa non valet, etiam pro minori summa, ad quam tenebatur, secundum veriorum opinionem, n. 200.  
 Fidei iussorem non obligari in plus quam principalis, est forma legis, n. 201.  
 Fidei iussio in accessoriis, & respectu pana, valet in plus quam principalis, n. 202.  
 Locatio per Ecclesiam facta ultra novem annos, nec in tempore permissio sustinetur, n. 203.  
 Excessus aliud quid est diversum & separatum a sententia & executione, n. 204.  
 Actus totus propter excessum non vitiat in divisibilibus, n. 205.  
 Sententia continens diversa capita licet annulletur, excessus pro ceteris sustinetur, n. 206.  
 Executio tota si propter excessum executoris revocaretur, res iudicata rescinderetur, n. 207.  
 Ab excessu appellatio super eo dumtaxat devolvit cognitionem, n. 208.  
 Condemnatus in expensis non potest appellare a tota taxatione executoris, sed ab excessu, quia foret appellare a sententia transacta in rem iudicatam, & ejus petere rescissionem, n. 209.  
 Executio revocatur propter excessum in summa, non tamen ipsum mandatum executivum, n. 210.  
 Iudex superior de appellatione sub excessu cognoscens non potest se intrinsece in totius executionis revocatione, cuius cognitio ad eum non est devoluta, sed excessus dumtaxat, n. 211.  
 Appellatio a sententia nullitatis alterius sententia, non devolvit cognitionem super ejus injustitia, n. 212.  
 Salgado de Protect. Reg.

Excessum dumtaxat reponendum, non totam executionem, qui probant, ubi de communi praxi, n. 213.  
 Decretum non revocatur in totum, sed pro parte excessus & erroris quando ex actis de veritate apparet, n. 214.  
 Excedens modum defensionis non punitur pro totis percussione, sed pro excessu dumtaxat, n. 215.  
 Excessus separabilis vitiatur sed non vitiat totum, n. 216.  
 Executione sententia semel facta, si res in potestatem condemnati iterum deveniat, an nova condemnatio ad illam avocandam sit necessaria, vel idem executor sufficiat, n. 217.  
 Causa que semel effectum suum produxit, licet postea cesset effectus tamen non cessat, n. 218.  
 Obligatio semel extincta non reviviscit, etiamsi res redierit ad priorem statum, n. 219.  
 Condemnatus vel obligatus ad rem tradendam, si semel tradiderit, liberatur, & obligatio non reviviscit, licet eadem res ad obligatum redierit, n. 220.  
 Delegatus super noviter attentatis caret jurisdictione, nisi super executione intra annum, n. 221.  
 Instrumentum semel executum & bonorum facta adjudicatio, non poterit iterum agi via executiva, praeterea quod non poterit consequi rem adjudicatam, n. 222.  
 Sed via ordinaria ager ad mentionem bonorum, n. 223.  
 Idem in interdito quorum bonorum, & hereditatis petitione semel concessa, n. 224.  
 Condemnatus ad rem restituendam semel facta restrictione si iterum recuperet, non intelligitur ab obligatione iudicari liberatus, n. 225.  
 Condemnata civitas ad subversionem murorum, si semel dirutis iterum eos readificet, non satisfacit sententia, quia debent manere destructi, n. 226.  
 Executorial semel executis, & in continenti, non ex intervallo, si res ipsa ad condemnatum revertatur, restituenda est iterum eandem executorialium virtute, n. 227.  
 Iudex delegatus postquam sententiam tulit, & semel fuit executus, ejus expirat jurisdictione, n. 228.  
 Delegatum si facta sua sententia executione condemnatus statim rem ulterius occupet, potest suam sententiam iterum exequi, n. 229.  
 Possessionem adeptus non videtur qui statim eam amisit, n. 232.  
 Possessio per primogenitum apprehensa que non duravit, non censetur adepta, quoad varia juris remedia, n. 231.  
 Exequi non videtur iudicem cuius executio fuit perturbata, n. 231.  
 Possessionem beneficii non videtur nancisci pacifica, quia statim fuit turbatus quoad ordinem obligationem, n. 233.  
 Factum non dicitur, quod non durat factum, n. 234.  
 Fuisse non videtur, quod parum duravit, n. 235.  
 Solutio rei debita non est in consideratione, qua non duravit, n. 236.  
 Defendisse non sufficit, si non durate defensio, n. 237.  
 A iudice iussus ut domum exeat si semel exiit, & iterum redeat, non videtur exisse, n. 238.  
 Medicus promittens curare infirmum si caret, & illico reiniciat agrotus, non videtur curasse a primo morbo, secus si ex longo intervallo, n. 239.  
 Possessionem recuperans in continenti, fingitur nunquam eiectus, n. 240.  
 Domini translatio non consideratur, qua momento duravit, n. 241.  
 Sententia contra turbatorem lata, & praestita cautione, si turbet & dicat ex nova causa, non auditur si executio fuit de recenti, secus si longo intervallo, n. 242.  
 Sententia dicitur executata, quando aliquo tempore permansit, n. 243.  
 Executoriales intelliguntur in annum executata, si fuere sortita effectum, n. 244.  
 Clausulam (defendas in dictu) in executorialibus, quoad tempore duret, varia referuntur DD. opiniones, n. 245.  
 Executorialium potestas cum clausula (defendas in dictu) lii 3 extim-

extinguatur anno, si sortite fuerint effectum, qui per integrum annum perduravit, n. 246.  
 Sententia semel executoria in habentibus tractum successivum, si res iterum ex intervallo deveniat in potestatem condemnati, iterum exequatur, n. 240.  
 Executio cepta & nondum perfecta, durat perpetuo & debet finire, n. 248.  
 Executio datur ad exequendam si in parte exequatur, non est finitus officio donec plene perficiat, n. 249.  
 Lis non dicitur finita per rem iudicatam, donec exequantur executoriales & possessio apprehendatur, n. 250.  
 Executoriales non expirant per triginta annos cepta non executione, n. 251.  
 Titulum non dicitur, dum aliquid remanet faciendum, num. 252.  
 Actus non dicitur perfectus, si est partim factus, & partim non, n. 253.  
 Perfecta rei nihil addi potest, n. 254.  
 Solvisse non videtur qui totum non solvit, n. 255.  
 Attentatum non dicitur purgatum nisi sint omnia purgata, & usque ad unum nummum in pristinum reposita, n. 256.  
 Repositionis sequentia ob excessum quando satisfactum censeatur, multa rem sive, n. 257.  
 Executione revocata cujus contemplatione quis possidet, an possit rem ex alio capite, aut jure retinere, n. 258.  
 Partem negativam qui tenent, referuntur, n. 259.  
 Qui partem affirmativam teneant, n. 260 & 261.  
 Mandatum relaxatum promajori summa, sustinetur etiam in excessu, si creditor eo tempore creditor, aequali aut majori summa quam sit excessus mandati, n. 262.  
 Condemnatus ad rei restitutionem, illam potest retinere, donec sibi de melioramentis satisfaciatur, n. 264.  
 Excessum reponere potest de facto, & proprio motu reponere ipsemet executor qui expressit, n. 264.

**N**on possum non fateri, ingentem in se continere difficultatem, & apud omnes scribentes catenarumque juris peritos, variam resolutionem habere questionem illam: an excessus repositio tertium rei possessorem comprehendat. Sic exemplum, inter exequendam quantitatem excedendo executor rem tertio emptori tradidit, reus ab excessu appellans repositionem obtinuit, sibi que rem ablata restituit, executor tamen a tertio tempore non citato avocare intendit, ut revocationis & repositionis sententiam exequatur.

Vel alias quando executor executoriale exequendo pro quantitate, pro qua rem in subhastatione putat, vendidit, postmodum reus appellans ob aliquem executionis defectum, ejus revocationem obtinuit, sibi que reddenda bona jubentur executi: an tertio emptori non citato, ad prosecutionem appellationis noceat revocatio, ita ut sit ab eo res empta auferenda.

Et pro parte negativa, imò quod ei non noceat repositionis sententia, urgent notissima juris principia, quoniam iste tertius ratione sui interesse, iudicis auctoritate, iusto titulo & bona fide quæsit, citari debuerat, alias sententia ei non præjudicat latissime multa scitu dignissima concessimus hac 4. part. c. 8. de person. ad person. a princ. nec sufficit, si lis agitata sit, appellatioque prosecuta inter debitorem, & creditorem putat; quia res inter alios acta, tertio non præjudicat, totum res inter alios acta, & de quo etiam multa in d. c. 8. ubi latè, quod non nominatus in sententia, ejus executione non comprehenditur.

Hinc dicit Vincent. de Franch. decis. 120. n. 8. 1. quod revocata sententia in gradu appellationis, virtute eius tertius possidebat rem venditam, pro prima sententia executione, quod non si res ipsa restituenda Vincenti, sed tantummodo est ei danda æstimatio executione ad pretium contra adversarium suum, al-

leget Bal. institut. col. num. 47. in fin. C. de bonis auct. iuric. poss. quod quidem tunc non procedere, dicit ipse Vincent. de Franch. quando res ipsa reperitur in potestate creditoris, puta quia rei fuit pro debito adjudicata, quia tunc postmodum revocata executione, ipse creditor victus teneretur rem restituere cum legitimis accessibus, iuxta auct. que supplicatio. C. de precibus Imperat. offeren.

Rebuff. autam alia tendit via, in tract. de literis oblig. artic. glos. 6. dicens, revocata executione in gradu appellationis, tunc condemnari debere creditorem ad restituendas res venditas in subhastatione vel æstimationem illarum, & ad damna, & interesse cum expensis, per text. in l. cum ex cause, ff. de appell. & l. Chirographis §. 1. ff. de administr. tut. & in hac Rebuff. sententiam, & opinionem adducit Azebed. in l. fin. tit. 2. lib. 4. recop. n. 139. l. 47. cum tribu. seq. tit. 13. p. 5. & tot tit. C. si vendito pignore agatur.

Ipsè tamen Azebed. ibi aliter esse hoc casu procedendum, ut melius existimat, inquit enim, se credere, quod si tempore ultimæ sententiæ revocatoriæ executionis, bona vendita, & sub hastata penes eundem creditorem existant, teneri illa restituere; si autem illa non habeat creditor, non bona, sed pretium etiam duplicatum reddere teneretur, ex l. 2. & 4. tit. 2. lib. 4. recop. ibi, que le tornaralo que assi pagare con el oblo, &c. (in l. 4. ibi de tornar & restituir lo que assi buvere recibido, &c.) sed leges illæ nihil nostram difficultatem absolvent; cum certi juris sit, quod revocata executione, sive bona reddantur debitori, si c. non, pretium per ereditorem acceptum penes ipsum non remaneat.

Quare & adhuc ipse Azebed. perplexus in re hac tandem consulit, super omnia tenorum sententiæ revocatoriæ esse inspiciendum, & attendendum. Azebed. etiam in prædictis referens sequitur Amador. Rodrig. tract. de executione c. 6. tit. quibus causis executio & c. num. 35. Borg. Cavalca. in decis. 22. n. 36. p. 4. dicit quod sententia lata contra principalem venditorem, nocet etiam emptoribus sub hasta citatis pro suo interesse, quidem videtur requirere citationem tertii emptoris, ut sententia illi officiat.

Hanc etiam nostram difficultatem mirabiliter terīgisse reperit Bald. Novell. in tract. de date part. 12. n. 70. in hac: Sed dubitatio surgeret, & quidem non parva, quid si dos fuit in pecunia, & mulier lata pro ea sententia, & pendente appellatione, interim obtinuit executionem, quia bona aliqua, puta stabilia fuerunt sibi adjudicata in solutum, secundum formam l. a. D. Pro §. si pignora, ff. de re jud. & illa eadem de iit in dotem secundo viro, an dictum remedium attentati lata potest sententia infirmatoria in causa appellationis, obtinebit contra virum, nam videtur quod non ex quo actu attentionis in parte dicti mariti, & sic tertii possessoris, non fuit in eadem re, super qua lata sententia, super qua pendebat appellatio: quia sententia fuit lata in pecunia, & sic super pecunia appellatio pendebat, insuper dictis bonis adjudicatis, cum dictum remedium attentatorum solum obtineat, maxime contra tertium, quando super eadem re, super qua est lata sententia, est attentatum, quasi tunc res ipsa dicitur affecta, quodam quasi vitio litigiosi propter pendentiæ appellationis super eadem re, & ita est de mente dictæ glossæ supra allegatæ in d. cap. non solum, & Doctores in d. cap. bona. Unde tunc solum contra ipsam mulierem poterit securi appellanti, qui obtinuit in causa appellationis, & hoc fortè nisi ipsa mulier non haberet alia bona, ubi possit succuri ipsi appellanti, quia tunc fortè in subsidium haberetur recursus contra dictum virum, arg. l. fin. de eo per quem factum erit, facit gl. in l. 2. §. 1. in verb. sui juris, ff. solut. mat. Hæc ille Bald. Novel. qui quidem nihilominus non firmans pedes in resolutionem, & cogitandam reliquit, nihilominus

minus eum referens sequitur Vincen. Car. except. 44. num. 20. pro quo etiam citat Gratian. decis. 220. n. 4. Lancel. de arren. 3. part. c. 24. n. 50.

Quid tamen, dicendum in tanta Doctorum varietate, & absimilitudine & in constantia; illud quidem verius, & de jure praxique receptius esse arbitror, ut vendita re per executorem; & in gradu appellationis; sive propter excessum sive alia iura causa, executio revocata sit, bona a tertio empta in pristinum statum reponenda esse, & restituenda priori possessori obtinenti in appellationis iudicio, etiam ipso tertio possessore emptore non citato, etiam si clericus sit, quoniam illi meo jure præjudicat sententia, executionis revocatoria, ad quod moveor ex seqq.

Primo, quia iste tertius possessor non habet jus in ipsa re principaliter, & de per se sed dependens, causa sit, & derivatum ab illo jure principali creditoris; pro cuius satisfactione res illa subhastata fuit, cuique res principaliter interest, quare merito succedit regula quod executoriales expeditæ contra illos, quos negotium principaliter tangit, aut principaliter interest;

quique primum locum obtinent, præjudicium iis, quibus negotium, vel secundario, accessorie, aut in consequentiam tangit, etiam non vocatis, nec citatis, etiam ignorantibus gearari, certi juris est, quoniam tunc lis tractatur cum legitimo contradicatore, a quo aliorum jus derivatur, vel oritur, quique primus in eadem controversia partes obtinet; text. optim. in l. 1. §. denuntiari, ff. de venire inspic. ibi. denuntiari aut oportet iis, quos proxima spes successioni contingit, &c. & ibi, hæredi instituto, non etiam sustituto, & ibi, qui primum locum tenent, &c. & ex contractu, ff. de re jud. l. si Paron. §. fin. ff. ad Trebell. l. si superatur vers. argu. ff. de pign. l. si suspectum in princ. ff. de inof. test. l. de unoquoque iudic. ff. de re jud. & ubi mirabilis gloss. & ibi Ang. Imol. & Alex. Ozaf. dec. Ped. 151. n. 1. usque ad 6. Cephal. conf. 228. n. 1. 2. Xuar. allegat. 27. n. 1. Moli. de primogen. lib. 4. c. 8. n. 3. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri n. 73. Cov. præf. quest. c. 13. n. 6. Mencha. de success. creat. lib. 1. §. n. 28. Capietus decis. 107. Pinel in l. 1. part. 3. C. de bonis mater. a. n. 28. Padill. in l. unum ex famul. §. si de fallon. n. 24. Greg. Lop. 2 in l. 20. t. 2. p. 3. verbo, pero causas. Otalora de nobilit. 2. p. princip. c. 8. num. 7. Tiracquell. in eod. m. tract. de nobilit. q. 37. a. n. 2. exactè per Ant. Peregr. in tract. de fideicom. art. 5. a. n. 40. cum seq. Tiracquell. in tract. res inter alios acta, in prim. n. 5. & nos magnam iurium, & Doctorum ceteram adduximus hac 4. p. c. de ex. eff. de person. ad person. vers. tertia sit conclusio. §. 10. ultra quos, plures alios citat Maref. variar. resol. l. c. 86. art. 54. cum seq. Paz. tract. de tenentis, quest. 43. a. n. 1. cum seq.

Ergo cum lis, causa appellationis legitime prosequuta sit, & agitata per creditorem, qui res principaliter interest, ac defensio competit, a cuius jure, hoc tertii emptoris, & possessoris derivatum sit, & ortum; sententia revocatoria obtenta tertio, cui negotium secundario, & in consequentiam tangit, debet nocere etiam non citato. commodum namque secundario contingens, non est considerabile. cum quod principale est, spectandum sit, non venit in consequentiam. inspicitur enim quod principaliter agitur, non quod accessorie, & in consequentiam l. cum ex oratione §. fin. ff. excusat. tut. Bal. in l. 1. n. 5. C. de leg. & in l. quod favore. C. eodem in 6. opposi. l. si quis nec causam, ff. si certum pet. & post ill. Decium, & alios, peregrin. de fideicom. art. 37. n. 34. sicut contra non dicitur actus factus in præjudicium illius, cui principaliter non obest; sed secundario gl. nota. in cap. quamvis de pallis in 6: quam adverte Gem. ibi & peregr. d. n. 24. & origo; a qua reliqua vim capiunt, magis attenditur, & nobilior habetur l. quidquid in prim. ff. de noxa. Mand. in reg. 27. q. 20. n. 4. & in regul. 30. q. 2. n. 1.

Deinde & secundò probatur, quia jus hujus tertii possessoris procedit, & dependet à jure creditoris, quod sui natura erat variabile revocabile; & solutivum, ac ideo quod procedit à radice infecta, pullulare non potest. Anchara. conf. 339. incipit pro majori n. 6. nam quando ex una radice multiplex vitium nascitur, consequens est; ut eodem modo tollatur, & solvatur, l. si libertam, in fin. C. de nupt. gl. in verbo, novis. in c. fraternitatis. de test. & facit, text. in c. inter eos de re jud. ibi, que de ipso causam, & originem acceperunt: vitium enim, seu error parvus in principio, totum malum corrumpit. Bal. in proemio decretal. sub num. 3. ante ff. primo. vers. nam error Hieron. Gonz. in regul. de men. & alter. gl. 31. n. 36. data namque falsitatis origine, actus omnis sequens, & dependens est nullus, lex initio, C. de fals. Simone de reservat. quest. 6. l. num. 7. & sublatò fundamento, totum officium corrumpit, l. equi recum 16. ff. de except. rei jud. l. ff. de co. sit. pecul. v. etigul. ff. de pign. Rot. decis. 10. in fin. preben. in aut. ac deficienti fundamento super ædificari non potest, cap. cum Paul. 1. quest. 1. c. veniens de presby. non baptisato, & sublatò antecedenti tollitur consequens, l. si unum, ff. de pallis c. ad petitionem de accusa. Rota decis. 10. de preben. in cantiq. Philip. Franch. in c. si n. 18. de consuet. Gemina. in consil. 21. n. 6. 7. & 9. ubi latè Cassia dor. decis. 17. n. 2. de præbend. hinc est ut omisso principio non potest fieri transitus ad extremum, l. fin. C. unde vi.

Hinc est, quod semper causa prima re præsentatura in secunda in quam inflat l. licet §. ea obligatio, ff. de procur. Aymon. Cravet. conf. 131. n. 5. & conf. 144. n. 1. vol. 1. Hieron. Gonz. in regul. de mens. & alter. gloss. 31. num. 45. hinc merito resolutio jure authoris, reolvitur jus tertii accipientis naturaliter absque facto hominis, & solo juris ministerio, l. lex vestigal, ff. de pign. l. 1. C. si pignus pigno. datum sit, cap. 1. §. rurs. 4. quibus mod. feud. latè in proposito Corbul. de jure emphy. c. 12. a. num. 78. cum seqq.

Tertio & hac pars probatur, nam sententia lata super causa, sentetur lata super causato, eodem modo exequitur in petitis, quæ dependet à causa, lex diversis §. 2. cum ibi notatis per Bar. de rei indic. Innocen. in c. cum Eccl. sutrina circa princ. de causa poss. & propr. l. qui tamen. §. si arbitror ff. de arbit. l. si prator, in princ. ff. de judic. latè, & optimè probat Paul. Caltr. conf. 275. a. prim. lib. 2. & per hujus revocationis executionem titulus hujus tertii possessoris reducitur ad non titulum; & causa ad non causam, ex iis quæ inferius latè adducuntur: ergo sententia lata super causa emptionis, hoc est, super jure creditoris; debet operari in causato ab ipso jure, & causa. Et huic fundamento peritineat, quod eleganter dicit Hier. Gonz. reg. de alter. gloss. 34. sub n. 91. q. 16. quod si unus fuit provius de una quarta portione, cujus vigore optavit, & ascendit ad dimidiam; & postea ad integram portionem; postmodum autem sententia lata est, quia declaratur collationem factam de illa quarta portione, nullam esse; vel quia erat reservata, vel ex alio defectu, quod etiam hujus sententiæ virtute erit privandus integra portione, quæ nunc habet, quia procedit ab injusto principio infecta radice; à qua causatur hæc integra portio ultima optata; quia sententia operatur in causato, ut dixi, & faciunt quæ latè supra c. 9. a. n. 19. cum seqq.

Quod pertinet quod si clericus ob contumaciam non ob delictum, fuerit privatus beneficio, & alteri conferatur, si comparet; & absolvatur; beneficium ipsum recipiet, etiam si jam alteri collatum fuerit. Achil. decis. 1. de absolutio. quia hujusmodi sententia privationis ob contumaciam, non ob delictum, est interlocutoria, & tandiu durat effectus illius, quamdiu durat contumacia, quæ est causa ejus. Bal. in l. circa med. vers. extra opponatur de postul. Mareteor. optimè variar. resol. lib. 2. cap. 33. a. n. 2. & sequens dicens 10. quod